BIBLIOTECA NAZ.LE
110
E
15
NAPOLI

110
E
15

83
0
40

Aulus Flaccus Persius Cum glosis Scipionis ferrarii Georgii filii de monte ferrato artiū ⁊ medicine doctoris.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

B. R. NEAPOLIS

Illustrissimo Principi Gulielmo Marchioni Montisferrati Scipio uenetus Georgii filius de ucrolégo. S.P.D.

COgitanti mihi cui potissimum has studiorum meorum primitias dicarem princeps illustrissime occurristi imprimis tanq̃ fulgentissimum sydus duce quo res meæ initium caperent inchoate melius perficerentur. tutius enim te rectore cimba nostra undosum sulcabit æquor & celerius optatos attiget portus. hesitaueram prius has pueriles quodammodo nugas tanto principi destinare. nec nisi ad regem regia: sic ad principẽ digna principe munera tradere. Verum cum ex genitore meo istinc e ditione tua oriundo & innumeris aliis: presertim ex clarissimo equite uiro integerrimo & apud Illustrissimum uenetorum dominium oratore tuo urbano de serra longa: de clementia & magnanimitate: mira ante annos prudentia & morum facilitate: deq; incredibili erga litteratos & litterarũ studia quibus plurimum delectaris obseruantia accepissem: & probaui consilium meum & itrepido animo ausus sum iudicio & censure tuæ hæc mea scripta subiicere. quæ qualiacunq; fuerint si approbaueris animum meum ad ampliora excitabis & tuo nomini iam addictum parentem: me quoq; insolubili nodo deuincies suscipe igit̃ pusillum munus ne erubescat: hilari fronte & perseueranti aïo perlege. Non ingratos nec inutiles ut autumo ex eo fructus pcipies. Vale nostri spes unica secli.

Franciscus rossetus ueronensis studiosissi. Adolescenti Scipioni ueneto Georgii filio de monteferrato. S.P.D.

Elaboratas in Aulum persium summa cura & ingenio glosas tuas scipio mi suauissime cum plegissem: incredibili tũ gaudio: tum admiratione affectus sum: ꝙ Adolescentulus adhuc tam operosã ꝓuinciã & audacter suscepisses: & qđ factu cui uis arduũ uideri poterat strenue nauiterq; absoluisses: Quapropter ingeniosam & studiosis oib⁹ per q̃ utilẽ iđustriã tuã (οὐγ χάρσυ πονου σπεῖρειό) ita laudam⁹: ut fore eã multis etiã gratissimã affirmare nõ dubitem⁹: Apposuisti enĩ quo facilius cuncta & exquiri: & exq̃sita inueniri possent suas singulis pene uerbis litteras: quales habẽt iuriscõsultorũ libri: Effecistiq;: ne cui oĩno in his laborãdũ esset rerũ gestarũ locorũ omniũq; interp̃tamenti in margine uerbis indicib⁹ aptissime collocatis: quæ sane nõ mediocrẽ ingenii tui Acrimoniã demonstrãt: ac (ni fallor) maiora mihi ꝓpediem polliceri uident̃: neq; enim frustrabit̃ me ab incunabulis usq; spes de te cõcepta tantũ ingenio & facilitati tuæ tribuere libet ante paucoꝝ annoꝝ curriculũ talem te p̃stiturũ: ut nihil tam recõditum: tã abstrusum: tã difficile sit: qđ utriusq; linguæ p̃sidio fultus assequi & apertissimũ habere nõ possis: Siue per inuolucra dialecticoꝝ: & phiylosophorũ libros te inuolueris (ut facis) siue ad iurisperitos curiosius te cõuerteris: Nec me id aurib⁹ tuis donare existimes: Blãdiri enim in re seria discipulo uer⁹ p̃ceptor nõ debet: Noui ego animi tui dotes: ac q̃ tibi nihil negandũ natura duxerit: Fortuna defuit inquies: quæ te uix pleni trimatus puerũ sagittæ ministerio alteri⁹ oculi acie carere uoluerit: eximiũq; frõtis tuæ decus altero ceu sydere p̃repto dehonestari. Erras mi Scipio si hoc perinde ac maximo incõmodo mouere. quasi uero id cuiq̃ (quo minus illustres: clariq; euaderẽt) Impedimẽto unq̃ fuerit. ac nõ tales fuisse philippũ: hãnibalẽ. sertoriũ. antigonũ. atq; Horatium coclitẽ acceperim⁹: At quota hæc hois portio existimãda est: quã te partim orbatũ esse uel mediocriter doleas: quũ etiã utroq; lumine carere democritus utilissimum sibi non dubitauerit. ꝙ si nos minus tibi satisfacere uidemur. Euripidem ipsum audi tecũ iam sic loquentem πέπονθασ οἷα χἄτεροι πολλοὶ βροτῶν: Atqui iam uirtutib⁹ & animi bonis faciei dãna (si id damnũ dicẽdũ est) & adempti oculi casum rependis. qđ mihi clarus alioqn sæculi nostri phylosophus Georgius pater tuus minime cõsiderare uidet̃: quũ tam iniquo aĩo id fert: nec oĩno obliuisci põt: Et tamen ut idẽ inq̃t Euripides παλαιὰ καινοῖσ δακρύοισ οὐ χρὴ στένειν. Sed de hoc satis. Ad labores tuos redeo: de q̃

bus iudiciũ nostrũ expectare te nõ dissimulasti: Hos ego eruditorꝫ plau su excipiendos uulgari debere minimeqꝫ supprimendos esse existimo. Itaqꝫ Clarissimo Principi tuo: cui has frugũ tuarum primitias offerre constituisti intrepidus. & meo iam periculo dedica. Is est enim qui æuo nostro iter principes Italos sicut nobilitate & maiorũ stẽmatibus reliquos antecellit: ita tanq̃ martis alũnus armis p̃stantior & oĩ studiorꝫ genere eminentissimus apparebit. Vale studiosissime mi Scipio: & qđ dici solet. πεῖ πεῖσ ἔσχατον τῶν ἐπιτηδῶν.

Vita Persii.

PErsium aggressuro in primis necessarium uisum est eius uitã pcurrere. Aulus Persius Flaccus patre Flacco matre Fulua In Thuscia uolaterras habet patriã ut Eusebius testat̃. Ipẽqꝫ in ultima sua satyra de se scribit. Lunay portũ ope est cognoscere ciues. Nã luna oppidũ est & portus thusciæ ut sentiũt Stra. & Pli. li. 3. ca. 5. ante med. & li. 14. ca. 6. Natus est ibi Persius anno. 21. imperii Tiberii. tertio anno post passionẽ xp̃i dei nr̃i. Mediocri aũt statura fuit coeuus senece & lucano. Insigni forma. p̃batis moribus. Ingenio & doctrina p̃stanti. Prima adolescẽtiæ parte Palemonẽ grãmaticũ uicentinũ audiuit. Mox Rhetoricæ sub uirginio Flauio icubuit. Inde se Romã ad cornutũ p̃hum cõtulit ut ipse cecinit in satyra. 5. Me tibi supposui teneros tu suscipis annos socratico cornute sinu &c. Eumqꝫ summa pietate coluit & obediẽtia ad interitũ usqꝫ. Vsus est amicitia in primis Minutii Macrini Brixiani equestris ordinis principis uiri singulari modestia & fide. Et. c. Bassi poetæ lyrici. Tenuiũ opũ se fuisse declarat illic. Picas qs docuit uerba nostra conari Magister artis &c. Anno uero etatis suæ. 29. interiit. anno. s. nono ĩperii Neronis. quo anno thermæ a Nerone ædificatæ sunt. Vnũ hunc satyrarũ relinquẽs librũ in quo ueræ laudis plurimũ meruit. In eo nãqꝫ mira carminis acerbitate summa eius ingenii uirtus indicat̃ auctore quintilia. li. 10. Pli. in p̃fatione libri naturalis historiæ. Hæc doctissimum omniũ persium legere nolo.

Satyra quid.

SAtyra est cibi genus ex uariis & diuersis rebus conditũ. farcimen. s. ut scribit uarro ex uua passa. polenta. nucleis pineis musto conspersis: & granis mali punici. Est etiam satyra lex m̃ltis aliis referta legib⁹. Et gen⁹ carmis ubi de multis reb⁹ disputat̃ uerbis fucatis audientes fallens. ut aliud dicat aliud significet. sic dicta a satyris qꝫ in hoc carmine ridiculæ res pudendæqꝫ di cunt̃: uelut ab satyris diis siluestrib⁹ p̃cacibusqꝫ numinib⁹ nemorꝫ imo

equidem rusticis prolatæ ac factæ. Aut a satyra lance: quæ referta uariis multisq; primitiis in sacris cereris inferebat. & ab copia ac saturitate rei satyra uocabat. uel a lege satyra quæ uno rogatu multa simul cõphendit. q.a.s. in satyra multa simul poemata cõphendunt. Alii dicũt ideo satyrã uocatã esse ꝙ ita cõuitia & crimina hominũ libere inuadat ut saturi hoĩes .i. ebrii. ut dixi ĩ satyra prima. Hora. li. 1. sermo. in pricipio. uel a σάθη. qđ genitale mẽbrum significat ut scribit Macro. li. In satyra autẽ fabula apud græcos tragici poetæ nõ reges aut heroes sed satyros induxerũt ludendi causa iocandiq; simul. ut spectator inter res tragicas seria sq; satyroꝝ quoq; iocis & lusibus delectaret. Est igitur satyra carmẽ apud romanos maledicum ad carpenda hoĩum uitia cõpositum. Olim uero carmẽ qđ uariis poematis cõstabat satyra uocabat. In satyra ergo quæ auctoritate Quintili. li. 10. tota nostra est: primus insignẽ adeptus est laudẽ lucillius. qui quosdã ita sibi deditos habuit amatores: ut eũ oĩbus poetis pferre nõ dubitarent. q̃uis Hora. li. 1. sermo. satyra. 4. in prĩcipio (non sine tamẽ suspitione æmulationis) eũ lutulentũ fluere diceret. & aliquid esse qđ tollere possit. Secũdus post hunc Horatius. q etiã lucillio multo tersior ac purus magis habet. & ad notandos mores magis pcipuus. Tertius psius annumerat. Quartus Iuuenalis habetur.

LAtini poetæ ubi tractanda proposuere: Inuocare deinde: postremo narrare solent. Satyrici uero nec inuocant: nec quicq̃ primitus dicendum proponunt. sed ex abrupto cũ indignatione incipientes de quibus loquuturi sunt longiori processu narrant ut Iuuena. Semper ego auditor tantum &c. Et horatius satyra. 1. libro. 1. sermo. Qui fit mecænas ut nemo quam sibi sortem seu ratio & cete. Et hic noster persius. Nam quo maiore animi libertate alios deinde corrigeret seipsum in primis corripit. ꝙ festinanter nimium poeta prodierit. Non sine causa uero suum opus metro iambico inchoauit senario. Eiusmodi enim carmen incitatum ac uehemens repræhensioni conuenit qui & trimeter dicitur Priscianus. Hunc trimetrum ueteres graii cognomine dicunt. Constat autem pedibus sex. recipere potest iambum locis omnibus maxime apud tragicos. Dactilum & tribachum locis omnibus præter nouissimum. Spõdeum & Anapestum locis tantum imparibus. Et nonnunq̃ in sexto spondeũ. sed paulatim in cunctis sedibus secunda & quarta exceptis spondeum recipit. in prima tamen sede quandoq; anapestum pro spondeo. & in secunda tribachum pro iambo ea ratione persius posuit ꝙ Iambus cum tribacho anapestus cum spondeo in tempore conuenit. Loci ipares sunt primus ter

Trimeter. tius & quintus pares uero. 2.4.6. Queri autem solet cur trimeter appelletur cum senos accipiat pedes. qm. s. tanta breuitas est pedu͡z ut iunIambus cture binos complectan͂t pedes. Iambum autē pedem esse celerē ostendit Horatius in arte. Syllaba lōga breui subiecta uocatur; Iambus pes citus. de hoc dixi. Ode. 16. Horati. libro. 1. car. Antea autem totus uersus Iambicus iambis constabat nunc adhiben͂t etiam nothi. unde est illud Horati. in poet. Primus ad extremum similis sibi,. i. antea totum Iambicum metrum ex Iambis constabat. nunc uero ut dictum est adhibentur etiā nothi. unde quia in sexto pede retinuit huiusmodi carmen spōdeum siue trocheum cum Iambo aut pirrichio claudi deberet appellaScazon tum est scazon & choliambus. i. claudicās. ꝙ quasi alienis pedibus in fine maxime sustētet͂. quia penultima longa est quæ breuis esse deberet: & sic claudicat. Martialis lib. 7. Epig. 26. Apollinarē cōueni meū scazō. Iambichū metrū inuentū est ad nocēdū ab ἰάπτω. i. noceo Archilochū Archilochus lacedæmonium inuētorem fuisse testatur Hora. in arte. Archilochum ꝓprio rabies armauit iambo. quo carmine lycambē ꝑsequutus est. Nā cum lycābes ei neobolē filiā in matrimoniū promisisset. eāq; mox denegasset. iratus archilochus in eū scripsit unde ille dolore cōpulsus una cū filia laqueo se suspēdit. De quo Ouidi. in ibin. In te mihi liber iābꝰ Tincta lycambeo sanguine tela dabit. Hoc igit͂ inquā carmine erumpit poeta dicens se nō eo modo factū poetā potu fontis hyppocrenes quo alii hesiodꝰ dicuntur facti. Alludens ad hesiodū qui patris oues iuxta heliconem custodiens uisis musis & ab hiis ad fontē hyppocrenem. i. caballinū dedu- Primus ctus clarissimus factus est poeta aqs pegaseis epotis q postea primꝰ de agricultura apud græcos scripsit auctore Pli. li. 14. in prologo. Ouidiꝰ in fastis lib. 6. Ecce deas uidi nō quas ꝓceptor arandi. Viderat ascreas cū sequeretur oues. Et idem lib. 1. de arte amandi. Non mihi sunt uisæ clio cliusq; sorores. Seruanti pecudes uallibus ascra tuis. Nam clius & pimicides parentes cū paupertate apud eoles ꝓmerētur relicta patria cuma in thespiis ascram uicum iuxta heliconis partē incoluerunt. De quo homerꝰ merus auctore strabone lib. 9. Ascram rus miserꝝ penes hic helicona colebat. Hiberno durum triste æstu optabile nunq̄. Sicq; eos latenter notat qui putent egregiū fieri poetam non posse nisi fontes & loca musis cōsecrata celebrarit. subtili arte ostendēs uirtutē homini labore & industria parari: nō inani & uana reꝝ argumentatione. Principiū igit͂ factū ab indignatiōe more satyrico & ex abrupto opus suū incipiēs tanq̄ affirmet qđ ab aduersario longa disceptatione obiiciebat͂ se nullū ꝓrsus cu͡z musis cōmertiū habere. ut sit sensus. fateor me nec hyppocrenē bibisse nec somniasse in monte parnaso ut de se alii iactāt. Et gestu adiuuandū.

a Nec. cōiūctio est disiūctiua: ut nec legit nec scribit. ponit̃ et ꝓnō aduerbio. Turpil'. Nec recte dici mihi iam dudū audio. b Proluit lot⁹ sū. imersi ut biberē. Cōpositū est a lauo qđ e prima in tertiā transit coniugationē ut dilluo alluo abluo. c Labra. Labrū ꝓprie est margo & extrema ora fluminis: lacus: fōtis: & alioꝝ huiusmodi: quæ leui aque motu perluunt̃. Hinc labra & oris & aliarum rerum extremitates uocam⁹ ut īfra saty. 5. Labra mouet̃ tacitus recutitaq; sabbata palles. a lauādo dicta q; aq̄ supficie pluātur quæ ī homine etiā labia dicunt̃. Terentius in Eunu. cōtinuo accurrit ad me q̄ longe quidē īcuruus tremulus labiis demissis gemens. Ab hoc fit sublabro qđ significat intra labra īmitto. d Fonte. dict⁹ est fons. græce. πηγή q; aquā fundat. e Caballino. nō dicit equo eo q; satyræ humiliora uerba cōueniūt. In helicone fontē caballinū musis cōsecratū esse auctor est strabo li. quē equus pegasus neptuni & medusę gorgonis auctore higino filius. ut alii uero scribūt ex medusę sanguine & ceruice a perseo interempte ꝓcreatus fecit: quū in heliconē trāsuolauit. atq; ubi primū ungula saxū uel terrā percussit siti opppressus fons scaturiuit. qui ex ei⁹ noie caballin⁹. i. hyppocrene dictus est. ἵππος eni equū significat. κρήνη fontē. hūc postea equum fama est ut scribit strabo cū potaret pirenē in agro corintho a Bellorophōte dęphensum fuisse. unde primū eum fuisse qui equo ueheret̃ scribit Pli. lib. 7. cap. 56. de hoc dixi in Ode. 27. Hora. li. 1. car. & ī Iuue. saty. 3. Ad quā gorgonei delapsa est penna caballi. 1. & in. 3. geor. in principio. i Memini. ut nullo ꝓrsus pacto addat̃ me. nā uersus nō staret. primus eni pes est anapestus ultim⁹ spondeus cū semp īdifferēs ultima ponat̃ syllaba: reliq uero iambi. g Somniasse. Ostendit id sibi nō cōtigisse ut illico poeta fieret qđ ennio accidisse legitur/qui in principio annaliū suoꝝ per somniū animā homeri in corpus suū intrasse fassus est. & statim poetam factū. unde est illud. Cor iubet hoc enni postq̄ destertuit esse meonides. infra saty. 6. circha principiū h Parnaso. Quanq̄ seruius in thessalia parnasum ponat. & Tortelius in aonia Boetie parte. Herodotus tamē lib. Pōponius mella. Strabo libro. 9. Et plini. lib. 4. ca. 3. & alii ascribūt eum phocidi regioni. qua boetie accūbit & ad occiduos phocidis mōtes locatus. Ouidi⁹. Separat

Fons

pegasus

Hyppocrene.

Auli Flacci Persii Poetæ satyrarum opus.

Ec[a] fonte[d] labra[c] prolui[b] caballino[e]
a Nec in bicipiti[f] somniasse[g] parnaso[h]
Memini[i]: ut sic repente[k] poeta prodirē

Parnasus aonios acteis phocis ab aruis terra ferox. Mox addit libro. Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus. Nomine parnasus superatq; cacumine nubes. uniuersus aūt mons cōsecratus est. Nam & antra & alia loca honore & sanctitate digna cōtinet. e qbus celeberrimū & formosissimū extat coriciū nympharū antrum eodē quo ciliciū noie nuncupatū. Coriciū

f Bicipiti. i. in duos colles surgēti ut Lucan⁹ lib. 3. Parnasusq; iugo misit desertus utroq;. & lib. 5. Parnasus gemino petit ardu⁹ æthera colle. Mons phœbo bromioq; sacer. Et Ouidius. Mons ibi uerticib⁹ petit arduus astra duobus &c. Et in duo iuga discindi parnasum scribit seruius citherōnēq; liberi & heliconē appollinis. Tantū auctorē tortelius subsequutus ꝑpter heliconē & citherōnē. uel certe ꝑpter cyrrham & Nysam parnasum bicipitē uocat. Sene. in Oedipo. Gemina parnasi niualis arx trucem sonitū dedit. Virgi. in æglo. 6. Nec tm̄ phœbo gaudet parnasia rupes. & in. 3. geor. Contra tamē eorundē locoꝶ situs & antiquoꝶ auctoritas reperit. Parnasus enim in phocide regione est. Citheron atq; helicon mōtes in Boetia disiuncti sunt. & musis sacri sic dicti a citherōe & helicone fratrib⁹ qui illic singulari pugnauerūt certamine. ut scribit. lisima. ita ut helicō procul a parnaso circiter quindecim milia passuum. Citherō uero triginta locatus sit. Cyrrhā quoq; ac Nysam urbes in parnasi iugis fuisse ueterū nemo scribit. Cyrrha eni sub cirphim rupē parnasi in radicib⁹ montis in planicie mare uersus locata est. Nysa uero nō in parnaso: sed in fœlici arabia sita est. in qua cū bacchus nutritus esset in eius memoriā ipse postea aliā in india cōdidit. Apud homerū quoq; secūdo Illiados. Nysam in boetia urbē esse. Apud plini. lib. 5. ca. 29. ultra principiū. in caria. Apud strabonē lib. 9. uicū in helicone. Apud ptholomeū in Ionia ac licia urbē lego. nusq̄ uero in parnaso esse compio. Quare cum neq; hel icon neq; citheron iuga parnasi sed mōtes ab illo seiūcti sint. neq; cyrrha neq; nysa in iugis parnasi collocate sint. bicipitē rectius ad montis naturā situq; referemus. Nā ut strabo li. 9. refert ab australi parte cirphi ꝑruptā rupem cum ꝑfunda ualle per quā plurim⁹ amnis euoluit parnasus habet. A qua sane diuisione biceps cognominat. Hic Macrobio teste libro. Baccho & appollini sacer est atq; ut diodorus asserit libro. idem liber pater & phœbus est de hoc herodotus. in. 8.

citherō — Heliçō — Cyrrha — Nysa — citherō — Helicō. — Cyrrha — Nysa — Cirphi — Bacch⁹. — Apollo — liber pr̄ — Phœb⁹

k Sic repente. ut hesiodus & Ennius prodierunt.

l Heliconiadas i. musas qbus ut scribit strabo li. ædes in helicone cōsecrata est, & fons caballin⁹. Nam & helicon & pieriā & h

Heliconiadas[l]: pallidamq;[m] pyrenem[n]

bethrū & pimpillā eisdē musis consecrarūt thraces boetiæ accolæ:ut hii libethrū
qui libethridū nympharū antrū cōsecrarūt. & qui priscę musę curam stu
diumq̧ dederūt thraces fuisse perhibent. Ephorus. Orphe⁹ & museus
thamiris. Ob id etiā emolpo inde nomen inditū est. i. cantori optimo emolp⁹
Heliconiadas patronymicū est femininū. Trib⁹ mōis patronymica for
mant. fœminina in as quidē ut lemnias. in is ut priamis in ne ut nerine
Virgil. li. Nerine galathea thimo mihi dulcior hible. Helicon. ut so- Helicō
linus li. & Pli. lib. 4. ca. 3. refert mons est Boetiæ iuxta thebas. atq̧ ut
Strabo in. 9. meminit phocidi uicin⁹ est & nō ꝓcul a parnaso: eiq̧ æmu
lus & altitudine & circuitu. q & ipē apollini quoq̧ sacer & musis ē unde
heliconiades musæ sunt appellatę: Lucretius li. Adde heliconiadum
comites quorū unus homerus. m Pallidam. quia poetæ palleāt ibi
scribendi lassitudine. nō nulli hoc ad fabulā referūt quæ talis est. Pyrene Fabula
ut scribit pausa. li. Cum ex duobus filiis cenchreo legeoq̧ quos ex ne cēchre⁹
ptuno susceperat cenchreū adolescentē admodū amisisset eius mortem Neptu-
adeo fleuit ut in fontē sui nois deorum miseratione cōuersa sit unde pal nus.
lidam dixit. Ab hiis postea ut scribit Plini. li. 4. ca. 4. Angustiarū termi Legeus
ni corinthiaci sinus denominantur legæ & cenchræ. Alii uero interp̄tan
tur sic. nō p allentē sed pallidos facientem ut Virg. li. Mors pallida tri
stisq̧ senectus. Et idem alibi li. Attonite magna ora domus. i. attoni
tos facientis. scriptores. n. studio intenti solēt pallescere. ut persius saty.
5. Iuuat impallescere chartis. Et iuuena. saty. 7. Fuit utile multis pallere
& toto uinu₃ nescire decembri. n Pyrenem. Pyrene fons est sacer. Pyrene
Acrochorinthi de quo sic strabo lib. 8. Acrochorinthus mons est pelo-
ponēsi excelsus inter duo maria situs ægeū uidelicet & ioniū stadiorum
triū ac dimidiati altitudinē habēs ad perpēdiculū: ascensus ad stadia. 30.
in acutū terminat cacumen sub cui⁹ radice in plano instar mensę loco ia
cet oppidū corinthus. uertex ipse acrocorinthi sacrā habet ædiculā infra corīth⁹
uerticē pyrenē fontem aquas haud affluētes habentē. cæterū perspicu- Acroco
as ad imū potuiq̧ suauissimas. Plini⁹ itē de eo ita prodit. li. 4. ca. 4. Me rinthus
dio hoc interuallo qđ isthmi appellauim⁹ applicata colli habitat colo-
nia corinth⁹ ante ephire dicta. 60. ab utroq̧ littore stadiis e summa sua Ephire
arce quæ uocat acrocorinthus. i qua fons est pyrene diuersa duo maria
ꝓspectans de hoc Papinius & Plautus in Aulul. Inter bibere sola si uino
scateat corinthiensem fontē pyrenea potest. Hæc idcirco studiosius scri-
psi ut eorū opinio refelleret. & maxime tortelii qui pyrenē uallē eē cre
didit ubi ste derēt poetæ. Est etiā pyrene mons qui galliā distermiat ab
hispania. de quo tibull⁹ lib. Nō sine me est tibi part⁹ honos: tua bella
pyrene testis & oceāi littora santonici. de hoc dixi i Suet. de uita cæsaris.

a Illis relinquo. Iam ego inquit relinquo musas & fontes eis sacratos illis quibus ymagines hæderis coronatæ positæ sunt. i. qui tali ambitione uiuūt. latēterq; sui tpis poetas notat qui hiisce rebus decorati poetas se esse putabant eximios. unde poeta sic eos irridet ĩfra saty. 5. in princi. Grande loquuturi nebulas helicone legunto. Dicit igiť se quoq; & si nō sit ea eruditione quali habentur alii poetæ tamen carmina scripturum.

b ymagines. effigiē homi nū nō solebāt expmi nisi ali qua illustri cā

Illis relinquo[a] quorum ymagines[b] lambunt[c]
Hederæ[d] sequaces[e], ipse semipaganus[f]

ppetuitatē merētiū. hocq; ab atheniensib⁹ manasse uideť. qui primi omniū harmodio & aristogitoni tyrānicidis publice posuerunt statuas. eo anno quo & Romæ pulsi reges. Excepta deinde res est ut scribit Pli. lib. 34. cap. 4. a toto orbe terrarū humanissima ambitione. unde & poetis ymagines ponebanť & studiosis tm̄ ut quisq; nomē auctoris dilligebat. Martialis. li. 9. Epig. 1. Ad auitū statuā sibi ponentē edit carmē subscribendū. Hoc tibi sub nostra breue carmē ymagine uiuat. Quā nō obscuris iungis auite uiris. Iuuenalis saty. 7. Qui facis in parua sublimia carmina cella. ut dignus uenias hederis & ymagine macra. L. Accius poeta in æde caminaꝝ ut scribit Plini. li. 34. cap. 5. Maxima forma statuā sibi posuit cū is admodū breuis esset. c Lambūt. quasi lingua tergūt circū ducunt & circūeunt. Virgi. lib. Tactuq; innoxia molles lambere flāma comas & circū tēpora pasci. & li. Et sidera lambit. d Hedere. Cum hedera baccho sacrata sit iure illa poetæ coronabanť qui in tutella liberi patris sunt Virg. lib. buc. eglo. 7. Pastores hedera crescentem or. poetā. Hora. li. 1. car. Ode. 1. Me doctaꝝ hederæ præmia fontiū diis miscent superis. Hederaꝝ auctore Pli. lib. 16. ca. 35. Tres sunt species. Alba nigra & tertia quæ & elix dicitur. Nigra cui semen est crocatū poetæ utunť. quā quidā Misiam alii bacchichā appellāt q; bacchus cū uictor ex india rediret coronas hederæ portauit. hedera quæ semp uiuit & manet dicta est ut placet festo siue q; hereat siue q; edita. i. alta petat. siue q; cui adheserit edat. libero uero patri sacratæ sunt. uel qa sicut ille hominū mētes: ita hederæ oia illigāt qbus hærent. e Sequaces. epitheton est hederæ: cui⁹ natura est ea qbus adheret seq. brachia eni ramosa maximeq; robusta cū habeant qđ semel ceperint tenaciter ꝑsequūtur. sequaces ergo q; sequanť & sine fine repant. f Semipaganus. i. semipoeta. nec integre doctus in translatione uerboꝝ manet. Nā cum in caballino fonte se dixerit labra non imersisse. fons uero a græcis πηγη dicať unde pagus

Tirānicida. — Lambo — Hedera — Fons — Pagan⁹ — Pagus

i.uilla & paganus.i.rusticus deducit̃. eo ꝙ iuxta fontes uilla semp fieri consueuit. Nunc semipaganū se nominat. idest semirusticū & rudē poetam. ut Sueto. in cæsare semibarbaros gallos dicit. ut qui se nō pœnitus in hyppocrene ꝓluerit sed eius aquā summo tenus ore attigerit. ac propterea nūdū poeticis sacris ībutus sit. hinc xp̄iani paganos eos appellāt qui nō sunt nostre religiōis quasi qui nō sint ciues xp̄iane reipublice sed rusticani. At beniuolentiam hoc pacto sibi conciliat a modestia sua.

a Ad sacra. Nō ut quidā interp̄tant̃ ad certamina uatum. uel ad scripta & numeꝝ poetaꝝ. sed ad ædem apollinis & musarū. ad quā poetæ opera sua defferebāt & in qua oīum scriptoꝝ uolumina seruabant̃. Eam augustus ut scribit trāquillus apollini in ea parte pallatii erexit. quam fulmine disiectam aruspices a deo desiderari respōderūt. In eius aditu porticꝰ erat cū bibliotheca tam græca q̄ latina. Martialis loquēs ad librū suum li. 12. epig. 6. Iure tuo uenerāda noui pete limina tēpli. Reddita pierio sunt ubi tēpla choro. Iuuenalˢ saty. 7. Neqd tibi cōferat iste quē colis & musarum & apollinis æde relicta. ipse facit uersus. Hora. li. Scripta palatinus quæcūqȝ recepit apollo.

Ad sacra[a] uatum carmen[b] affero nostrum.
Quis expediuit[c] psitaco suū[d] chære[e]

b Carmen. i. poema. Virgi. li. Carminis incōpti lusus lecture ꝓcaces. inde liber carminū horatii. i. poematis. Carmē

c Quis expediuit psitaco. i. quis expedite loqui psitacū docuit. Antipophora est quasi aliqs dixerit qūo carmen scribes cū te semipaganuȝ dicas esse & imperitū ac rudem. Dicit igit̃ se nō īuidiose scripsisse ut poeta appareret. sed necessitate coactū: & lucri spe animum ad carmina scribēda applicuisse. idqȝ per similitudinē psitaci pice & corui facere se ostēdit. quæ aues cupiditate saciandi uentris uoces humanas ediscūt & emodulant̃. & ita urgente necessitate multos spe lucri compulsos: tanq̄ poetas bonos carmina scribere. Psitacus auis est auctore Plini. lib. 10. cap. 42. Super oīa humana uerba reddens & sermocinās quædā ita dearticulata uoce ꝓnunciat ut sibi peculiaria uideant̃. eam india mittit. Psitacem uocāt græci uiridem toto corpe lingua grossiore & latiore cæteris auibus. torque tm̄ miniato in ceruice distinctā. Imparatores salutat. Martia. li. 14. dist. 73. Psitacus a uobis alioꝝ nomia disco. hoc per me didici dicere cæsar aue. Statiꝰ humane sollers imitator psitace ligue. psitacus

d Suuȝ. non tam proprium: sed ꝙ id tam facile ediscant & expedite ꝓnuncient ut naturale illis esse uideat̃.

e Chere. atqȝ salue græce aue significat.

Pica a Picas. Auis est & ipsa uocalis cui quidē qđ ex lōginquo nō uenit minor est nobilitas sed expressior loquacitas. Martialis li. 14. dist. 76. Pica loquax certa dominū te uoce saluto. si me nō uideas esse negabis auem. Picæ uero pieri & aganippes nouē filiæ ausę cū musis de cantus uoce cōtendere: nymphis iudicib⁹ supatę: cum illas comitarent in picas a nymphis cōuersę sunt: in qbus ut ait. Ouidi⁹. Facūdia prisca remansit. Raucaq garrulitas studium q inane loqndi. b Conari. cū omni difficultate blādiendo loqui. c Magister. necessitatē eā

Picas[a] quis docuit uerba nostra conari[b]
Magister[c] artis[d] ingeniiq largitor
Venter[e] negatas[f] artifex sequi uoces
q[g] si dolosi[h] spes refulserit[i] nummi
Coruos[k] poetas & poetridas[l] picas

esse mōstrat quæ & aues quoq doceat uoces humanas loq & hoies idustrios reddat. Horati. lib. 2. Epl'a. 2. Et laris & fundi paupertas ipulit audax ut uersus facerē. Virg. li. 1. geor. Labor iprobus oia uincit. Et duris urgens in re. æ. d Artis. Ars pceptio est quædā qua ad aliquid cū ratione agendum instruimur. e Venter. i. ægestas & rerum difficultas. f Negatas. a natura. s. g Q si. cōfirmatio est supioris rōnis: ut cum hoies ægestate laborēt ad ea se mirabili studio accomodēt unde appareat lucrū. Sensus est si qua spes lucri apparuerit: credes non tm̄ hoies sed & coruos poetas & picas poetrides factas. ita docte cātabūt. h Dolosi. i. exitiosi calidi & potentis ad suasionē. quia ad oē facinus faciliter ipellat Virg. li. 3. æne. Quid nō mortalia pectora cogis Auri sacra fames. & redarguit illos qui spe lucri adducti ineptissima carmina ædere nō uerent Et est denoiatio. Dolosi nūmi. cu3 ab eo qđ fit id qđ facit denoietur. dolosos. n. appellat nūmos per quos inumeri doli fiūt. ut cū pigrū frigus qa pigra reddit corpa nūcupam⁹. i Refulserit. resplēduerit apparuerit nitorem metalli respexit. o Nummi. si spem habuerint poetæ ut acqrant nūmum. k Coruos poetas. Coruus effingendo humano sermone nulli cædit. Nam auctore Macro. li. Redeunti augusto ex actiaco bello cum igenti gloria: quidā romæ obuiā se illi cū coruo dedit qui ad iperatorē ait: aue impator inuicte. quo delectatus augustus. 20000. nūmum emit. cui⁹ exēplo alter excitus similē coruū edocuit: quē cū audisset august⁹. Taliu3 inquit salutatoꝝ satis domi habeo. Nobilitat⁹ est & olim ut scribit Pli. li. 10. cap. 43. Funere publico cōstrato lecto duoꝝ æthiopū humeris: pcedente tibicine & corona omniū generū latus usq

Ars

Coru⁹.

ad rogũ qui cõstructus est dextra uie appie ad secundũ lapidem in campo ridiculi appellato. Hic erat q Tiberiũ deinde Germanicũ. & drusũ ꝫ. cæsares noiatim mox transeuntẽ ro. po. salutabat. unde postea salutatoris nomẽ coruus obtinuit. Martia. li. 14. dist. 74. Corue salutator &c. quis ergo olim docuit coruos cõcauos ac rauca intra fauces uoce salutẽ oibus dicere. l Poetridas. formatio ẽ p modũ patronymici ut masculũ poetã & mulierẽ poetridẽ appellauerit a poeta enĩ poetria & poetris deriuaẽ.

Cantare credas pegaseium[m] mellos[n]

m Pegaseiũ. tã dulcem & suauẽ q̃lẽ solẽt musæ qb[9] fons pegase[9]. i. caballin[9] ut dictũ est in helicõe est cõsecrat[9]. Pegaseiũ. possessiuũ est a pegaso eo mõ formatũ quo apd Virg. li. Priameius. Ecce trahebaẽ passis priameia uirgo. Neq; ppositio per addenda est. uersus. n. & sensus simul deprauarentur. nõ. n. trocheus in hoc carminis genere excipiẽ. Illud addo auctore Pli. lib. 8. cap. 21. in princi. Penatos equos & cornib[9] armatos pegasos uocari. quorũ meminit ita cicero in oratiõe pro pub. Q. O hoiem fortunatũ q eiusmodi nũcios seu pegasos habeat. Pegasos etiã uolucres eqno capite dicit Pli. li. 10. ca. 49. In sythia esse. n Mellos. cantũ. & poniẽ indeclinabiliter genere neutro sicut & sophos sp ãliterq; dici uolũt cantũ pastoralem. Mart. li. 1. Epig. 32. Audieris cũ grande sophos. & lib. 6. Epig. 45. q tam grãde sophos clamet tibi turba cogata. Nõ tu põponi cæna dicta tua est. Melos dulce & nectareũ carmẽ: priorẽ habet correptã. Lactã. li. Fitq; repcusso dulcior aura melo. sed hoc loco geminauit. ll. ut scansionis stet ratio. ut Virgi. lib. Relliquias danaum. Pegas[9] Melos

Curas hominũ. Rephensurus hac satyra uaria poetarũ in componẽdis carminib[9] uitia: eos in primis satyrica indignatiõe psequiẽ qui inani quadã ostentatione carmina scribũt. ut inde lenocinio uerboꝝ plausuꝫ popularẽ aucupenẽ: putã

Satyra Prima.

Curas hoĩum[a] o q̃tũ[b] est in rebus inane

tes quæ sciãt nihil oino esse nisi aliis eadẽ inotescãt. Et auditores lectoresq; scripta lasciuia & mollia magis q̃ uirilia cõprobãtes rephẽdit. Monet itaq; poeta indecoꝝ esse ad eũ finẽ carmina scribi. nec ullo mõ assentationes uulgi esse quærndas & in dialogi pene morẽ introducit monitorem qui & respondeat & plerũq; cõsulat quid sibi agendum sit. Tota indignatio & fremitus in Nero. ferẽ quem multis in locis notat ambitiosum. Nã auctore tranqllo declamauit sæpius publice. recitauit & carmi

aa nõ modo domi: sed in theatro tanta uniuersorum lætitia ut ob hanc recitationẽ supplicatio decreta sit atq; pars carminũ aureis litteris ioui capitolino dicata. Præterea orõnis & carminis latini coronam: de qua ho nestissimus quisq; cõtenderat ipsorum cõsensu concessam sibi recepit. sed ne. n. studiosum fuisse cõstat. Cũ igit plausu populari & laudib⁹ alienis delectaret occulte a poeta notat ut suis locis dicem⁹. a O curas hoiu͂. Principiũ factũ est ab indignatiõe & ex abrupto ac usu satyrico. generalis enĩ est acclamatio in suorum tẽporum poetas. q fama tm̃ correpti carmina scribant. Sed hoc satyre initiũ ingenti arte in se detorquet: ut qd in se ipso turpe ostẽdit: in aliis licẽtius insectet. Hæ aũt exclamatões p ntũm actm̃ & utm̃ fieri solẽt & sine aliquo uerborum adminiculo. Per ntũm hoc modo. O romana militia. O mos antiquus. Per actũm ut o fortunatã nato me cõsule romã. Per utũm. O iane a tergo quẽ nulla ciconia pixit. b O q̃tum est in reb⁹ inane. O quãta est in rebus humanis uanitas cum omnes eo scribendi studio ferimur ut apud uulgus laudem queramus. c Quis leget.

Quis[c] leget hæc min[d]. tu istud ais: nẽo hercu[e] ul duo[g] ul nẽo. turpe[h] & misabile[i] q̃re[k] le[l] nẽo[f]

monitorẽ interrogat per qd apparet se laudis cupiditate & famæ scribere. hincq; exclamauit arguẽs turpe esse hæc sibi querere. Quidã attribuũt hoc initiũ poetæ cõsultanti supfluas hominũ curas inanesq; cogitatiões se omnino uelle rephendere. Persius enim dixerat cuidam se uelle satyrã scribere. ille superfluam eius curã omnibusq; ingratam deridens eum interrogat quis tam seuera & grauia scripta leget. d Min. i. mihi ne. si ne resis est. & sunt ita pronuncianda quasi de re manifesta audiat. suntq; uerba monitoris. uel psii respondentis cur se ita interroget cũ utilissima scribere ordiat. e Nemo hercu. subaudi a superiori leget: uel est affirmatio respõdentis si talia scripserit neminẽ scripta sua lecturũ esse. f Nemo. admirãtis simul neminẽ futurũ operis sui lectorẽ. Admirat enĩ poeta cur ille dicat a nemine hanc satyrã lectũ iri. uerũ cõtradictore frõte nõ sine admiratiõe pnunciãda dictio nemo est. g Uel duo. uerba monitoris qui duos uel tres tm̃ dictur⁹ erat. Sed quasi morum sui tẽporis memoria reuocat⁹ tres suppssit omniq; remota dubitatione dicit. Nemo affirmatq; qd ante dixit. Nemo hercule. sicq; inuidiosa notat sua tpa qbus ne utiq; in pcio poetæ erãt. Nemo sic pnuncia ut de re certa & manifesta. h Turpe. si duo. i Et miserabile. respõdẽtis asseueratio. uel duo. qd turpe est. uel nemo. qd miserabile est hoc carmẽ lecturos esse: qd sane ignominiosum scribẽti est. k Quare. tra

hitur in admiratiōe & īterrogat querēdo quā ob causam a nemine uel a paucis legi turpe ac miserabile fore putet sua carmina. cū alioꝝ & maxime Acci labeonis opa leganť. sui uero carmīs non sit qsq̄ futur⁹ lector a Ne. i. certe. Virg. i. 11. Tu ne etiā telis moriere diane. Terē. in. Ne ego hō sū īfœlix. nec alr q̄ affirmatiue accipi debet. b Ne mihi polidamas. Cōtinuat psius ab aduersario quærēs tā & si ob hoc ignominiosum existimet ne sibi a romanis labeo ꝑferať. Per polidamāta neronē intelligit. in cui⁹ īuidiā hoc scribit. Illiensium.n. adeo studiosus fuit ut & scripserit troica. Et plurimā ptēȝ urbis romane iꝯcēderit ut simi- Ne. Nero

Ne[a] mihi polidamas[b] & troades[c] labeonem[d]

tudinē ardētis troiæ cerneret. in cui⁹ incēdio. Halosim illi decātauit. i. captiuitatē. & coꝝ ut scri. Cor. causa suscepta claudio ipetante Romanū troia demissum. Et iulie stirpis auctorē æneā. Aliaq; haud pcul a fabulis facunde execut⁹ ppetrarit. ut opera de rebus troianis cōstaret qualia erāt Acci labeonis qui carmine res Illienses ꝓsequut⁹ fuerat. ut infra eadem satyra. Non est hic Ilias acci. Inde igiť satyrice ostēdit principi pterita carminis rōne ea tm̄ placere quæ de troianis sint cōposita. hinc idignatur. hinc excandescit. Polidamas. apte pro nerone polidamātis uiri troiani miscet psonā ut mirū esse uideať si uiro troiano res troiane placeant. cum ipse princeps originē a troianis ducere affirmaret. simulq; ad illud allusit qđ scribit homerus de hectore li. 22. Iliad. Qui cū quadam nocte cōtra uoluntatē polidamātis unius ex priorib⁹ urbis: suos cōtra achillē ducē græcoꝝ duxisset. ab achille supatus est. maxima troianorū strage facta. Quare Achilles in supbiā elatus ante portas urbis curru inuectus troianis īsultabat. Hector pro portis astans cū eo cōgredi parabat. uerū pater & mr̄ uerentes ne si cū illo cōgrederet occūberet multis pcibus orabāt ut in urbē se recipet. Hector parentū uerbis mie mouebatur. qn achillē superbū in se ꝓperantē expectaret. tamē Indignabundus magno secū aīo. Hei mihi inqt si intra muros me recipiā prim⁹ me polidamas arguet qui ut nr̄os intra mœnia reducerē hac exitiosa nocte qua in nos achilles īsurrexit cōsulebat. cui ego mie obsequut⁹ sum. qđ satius pfecto fuisset. Nunc cū temeritate mea pplm̄ amiserim: troianoꝝ troianarūq; cōspectū reformido. Ne qs ībecillior dicat. hectorē suis uirib⁹ fretū troianos ꝑdidisse. c Troades. Romanos qui in assentatiōe prīcipis eadē laudabāt quæ ei grata esse censerent. d Labeonē. Tortelli⁹ pro tragœdia de polidamāte a labeone cōscripta legit. Quidā homeri Illiada ab Acrio labeone cōuersam dicūt. De qua paulopost. Nō est hic Halosis Polidamas

Ilias acci. Ebria uerat ro. Et circiter satyre finē. Nullam tibi uendo Iliadā Sensus aūt talis est. Censes ne forsan ob id triste miserabileq; futurū ne romani me labeone dementiorē existimēt si audebo satyram scribere in malosq; inuehi & rei publice occupatores ut labeo fecit. Accius labeo iō neroni gratus qa homerū imitatus: res troianas carmine cōplexus est. Labeones a labiorū magnitudine auctore Pli. li. 11. ca. 37. ante med. sūt appellati sicut Cæsares cæsones a cæso matris utero sunt dicti. Pilūni q pilū in pistrinis iuenerūt. Pisones a pinsendo Fabii lentuli cicerōes sint quisqs aliqd optime genus leguminis sererent. Alius fuit pterea labeo ptorius iuris peritus. qui memor libertatis in qua natus erat multa con tumaciter aduersus augustū dixisse & fecisse dicit. de quo Hora. 1. smo nū Labeone i sanior iter sanos dicatur. a Pretulerit. ppofuerit temporis est futuri. ita pnunciādum est ut de re certa.

Labeo | cæsares | cæsones | Pilūni | Pisones | Fabii. | Lentuli | Cicero

Prætulerint[a]. nugæ[b]. nō[c] si qd turbida roma[d]
Eleuet[e]. accedas[f] examen[g] ue iprobū[h] in illa[i].

Nugæ.

b Nuge. sunt supple. i. fabulæ ut Teren. in Andria. Recepisse orbā: paruā: fabulæ. & habet uim rephensionis. quidā respōdētis hoc esse uolūt. insequētesq; uersus eidē per iterrogationē attribuūt. q Interroget persiū num discedat a iudicio ppli. & num redarguere eū audeat: & nū cæterorū more ab oībus laudari nō querat. Cum psertim nemo romæ sit qui nō itidē faciat. Doctiores tamē cū supiori uersu cōtinuātes poetæ tribuūt. Nugas eni si labeonē sibi romani ptulerint esse putat. uerū asseuerāter nō sine risu distorto paululū ore legendū est. ut sit sensus. pro nihilo habēdū est etiā si carmen meum nō recipiatur nec laudetur. dictæ nugæ q nihil agant. c Non si qd. Duo fugiēda esse monet unū ne populi iudiciū magnifaciat. qui nō ratiōe res colligit. unde Hora. 1. sermo. saty. 6. Iudice quo nosti pplo qui stultus honorē. sæpe dat idignis & famæ seruit ineptus. cū ergo pplus roman⁹ sit corrupto iudicio. si aliquē extulerit & laudauerit nō cures. nō. n. quia laudet a uulgo aliquis scriptor pbandus est. Alterū ne alienā laudē querat. qd homini turpissimū esse iudicat. Horati. lib. 1. sermo. saty. 10. Neq; te ut miret turba Labores cōtentus paucis lectoribus. d Roma turbida. quæ nō recto incedit iudicio. sed ex animi libidine cuncta iudicat ut sit turbida. i. cōfusi iudicii. translatio ab aqua. uel q multis gentib⁹ repleat. e Eleuet. altū faciat laudādo. uel incuset. aut dimiuat. tractū a re pōderosa q ut par sit eleuat. i. diminuit. Liui. li. 3. ab ur. cō. Miror inqt si uana uestra pres cū ad plebem auctoritas est: uos eleuatis eā, quippe qa plebs senatuscōsultū in cōtinuādis magistratib⁹

soluit ipsi quoqꝫ solutũ uultis ne temeritati multitudinis cedatis. Tranquillus in calligula. uersiculorũqꝫ fidem eadẽ hæc eleuant. & eo facili⁹ auctore sunt. Va. Adecto uersu græco q̃ fidẽ somnioꝝ eleuat. f Accedas. assentias. i. aures tuas nõ adhibeas. nõ cures. nõ plurimi facias. nõ enim quia laudef a uulgo aliqs scriptor ꝓbandus est. Accedimus. n. & aio & corpe. ut si dicas nõ accedo sniæ tuæ. i. nõ adhereo. tãq̃ male. g Examẽ. Examẽ ꝓpric est filũ trutinæ. Virg. li. 12. æne. Iuppit ipse duas æquato examine lances sustinet. hic uero metaphoricos pro iudicio ponit. quẽ admodũ. n. examen rei põderatioris nobis iudiciũ facit sic fit ut in quabet re pro iudicio sumat. h Improbũ. falsum. illud populare iudiciũ corrige qd ex ai libidine ꝓficiscit. i In illa. cũ cõtẽptu legẽdũ est. quasi q̃ iniqua sit.

Accedo

Examẽ.

Castiges[a] trutina[b]. nec te quæsiueris extra[c]
Nã[d] romæ est qs nõ[e]. at si fas[f] dicere. sed fas[g]

a Castiges. sensus est. Iudiciũ romãorũ qd nulla ratione ducit. i. qd habẽt in sua trutina iniustum emẽda. q. d. paruifacias. b Trutina. i. statera. uictruui⁹ li. 11. Id aũt ex trutinis quæ stateræ dicũtur licet cõsiderare unde trutinor deducit. Persius infra saty. 3. Atqꝫ exporrecto trutinant uerba labello Iuuc. saty. 6. Atqꝫ alia parte in trutina suspẽdit homerũ. Hora. in epl'a. 1. li. 2. Romani pẽsant eadẽ scriptores trutia. c Nec te quesiueris. i. nec te extrisecus & ex alieno iudicio existimes. snia est catholica qua monet neminẽ oportere in reb⁹ gerendis famã popularẽ captare nec alieno uiuere iudicio. Sed ut ex ciceronis phia hẽtur sufficere debere ad gloriã bñfacti cõscientiã. unde Virg. li. 9. Pulcherrima primũ dii moresqꝫ dabũt uestri: Tũ cætera reddet actutũ. pi⁹ æneas. Hora. epl'a. 17. lib. pri. Sed uereor ne cui de te plus q̃ tibi credas Noscas igit teipsum ut dixi in. 1. tuscul'. Cic. Illud attendendũ est. Persium tanta indignatione uehi: ut præ ira sermonem & sensum non absoluat plærũqꝫ. hic eni dicturus erat. Nec te q̃siueris extra quod alii faciũt. Nam mox sequitur. d Nã rome est. Aposiopisis figura est in qua qd tacetur incertũ est. aut lõgiori sermone explicandũ. Nam uel iudicio recto uel qui nõ male uiuat uel quis nõ est rudis & iperit⁹ in ppl'o. aut qs est romæ in ppl'o qui nõ se extra querat. uel huiusmodi aliqd subiungẽdum est. Sẽsus est igit quid de te hoies loquant nõ curabis. nõ quæres qd ab aliis fere oib⁹ fit. unde illud emergit. Et uerũ inquis amo. uerum mihi dicito de me. Quis ppl'i sermo. Nã romæ est quis nõ. hæc oia excipienda sunt risu. ut indignationẽ quã in aio cõcipit poeta ridẽdo ostendat. sequit eni sed sum petulanti splene cachino. Et paulo inferi⁹ Rides

Trutia.

Conscia

ait & nimis uncis naribꝰ indulges. Nā romæ est qs nō. subaudi laudis & gloriæ cupidus. quis romæ nō ideo aliqd scribit ut laudet. illud. n. uenerat in cōsuetudinē ut scriptores laudes alienas quærerēt unde Iuue. saty. 3. Librū si malus est nequeo laudare. Hora. li. 2. sermo. satyra. 5. Scribet mala carmina uecors laudato. Ouidius in arte. Quis petit sacris nisi tm̄ fama poetis. hoc uotū nr̄i summa laboris habet. e Non. hoc per sese paratim pōt legi. respondētis eni idignatio nō sine acrimonia frōtis est admirantis simul & stomachātis a persio dici neminē recto iudicio Romæ esse. ꝙ si supiora a cōtradicente ꝓlata per interrogationē sumpserimus: hanc negationem poetæ dabimus respōdenti se nolle extrinsecus quærere. f At si fas dicere. utcūq supiora legant: respōdentis hæc uerba sunt. Derugata eni fronte perinde inqt o Persi dicis corrupto iudicio oēs esse. maleq uiuētes ac si ita loq licitū sit. sed si est scriptū. at. nō ac. tātum sibi displicere mores poetaꝝ sui tpis ostēdit ut in eos multa & grauia diceret nisi sciret sibi periculū iminere. tum a nerōe tū ab aliis romanis. quare inqt. At si fas dicere. deest dicerē multa quidē. dubitat aūt sibi nō cōcedi ut libertate satyrica qua usi sunt priores dicat quæ sentiat. hoc aūt eo risu ꝓnūciandū est quo animi indignatio ostendit. g Sed fas. subaudi est. i. licitū est quidē dicere & sentire ita ac loqui. Et ita ꝓnunciādu3 est ut diu secū deliberas se uideatur.

Tūc cū ad[a] caniciē: & nr̄m[b] istud[c] uiuer triste

a Tūc cu3 ad. i. cū deprauatam corruptāq uitā etiā in senioribus uideat. satyram se scribere uelle significat. & pōt cōtinuari hic locus usq ad id Scribimus iclusi cuius sensus talis est. oēs quidē siue grauioris sumus ætatis siue excessimꝰ a pueritia ea rōne aliqd scribimꝰ ut a pplo laudemur. unde sequitur. At pulchrū est digito mōstrari & dicier hic est. Ordo est. tūc tūc scribimꝰ inclusi cū aspexi ad caniciem. b Et nostrum. figura locutionis est quū infinito uerbo cū appellatione fit usus. nostrā eni uitā uult itelligi. utimur & uerbo pro participio. Virg. li. 5. æne. Magnū dat ferre talentū tanq̄ ferendū. Et participio pro uerbo ut uolo datū. Sic etiam uarro usus est: cū ait in archadia scio me esse spectatū suē pro spectasse. tristē ergo dicit uitam nostrā mæstā & cū lachrymis mixtā. uel qa nimis ambitiosi sumꝰ & de laude aliena solliciti. & ideo ualde tristē. uel est uerbū pro nomine positū. Persius saty. 6. Postq̄ sæpe urbi cū pipere & palmis uenit. Et satyra. 3. Et similis regum pueris papare minutū poscis &c. c Istud. cum contemptu ꝓnunciandum. quia tantopere de gloria anxii sumus.

Triste.

a Aspexi. i. cum senes & iuuenes respicio & intueor cũ risu pnunciandum est. Illud hoc loco addo auctore Pli. li. 11. ca. 37. Post principiũ. caniciem hoi tantũ & equis dari. b Et nucibus. qbus pueri ludunt. Et cum aspicio quẽadmodũ uiri facti in puerilia uitia labimur. atq; sceleribus nõ cessamus, ætatẽ puerilẽ designãs quæ nucib9 delectat. Martial. li. 5. Epig. 85. Iam tristis nucib9 puer relictis clamoso reuocat a magr̃o

Nux.

Aspexi[a]: & nucibus[b] facimus[c] q̃cũq; relictis[d]
Cũ sapim9 patruos[e] tũc tũc[f] ignoscite[g] nolo[h]
Quid faciã[i] sed sũ[k] petulãti[l] splene[m] cachio[n]

Hora. lib. Postq̃ te talos Aule nucesq; ferre sinu laxo donare & ludere uidi.

A pueritie. n. ludo recedẽtes nuces spargebãt quo se puerilia cũcta spernere demõstrabãt. Catullus da nuces pueris iners cõcubine satis diu lusisti nucib9 lubet iam seruire talassio. c Facimus quecunq;. i. liberiore licẽtia uiuim9 p̃terita pueritia. i. postq̃ ad adolescẽtiã puentũ est. ut dixi in andria Teren. Postq̃ excessit ex ephæbis liberior fuit uiuẽdi potestas. d Relictis. omissis. dimissis. & depositis ludis puerilib9. e Cũ sapim9. i. sũmus patruis sapientia pares Adolescentib9. n. corrigẽdis seueriores patrui q̃ patres sunt. Parẽtes eni indulgentiores in liberos natura facit. Ob hoc patruis educãdi pueri tradebant. qm̃ & seuere eos corriperẽt & p̃pter sanguis ppin q̃tatẽ amore etiã nõ carerẽt. ut dixi i Hora. li. 3. car. Ode. 12. Metuẽtes patruæ uerbera linguæ. f Tunc tunc. Si satyrã scripsero subaudiendũ est. geminatũ est aduerbiũ qd̃ coniungit. ut Virgil. li. Nunc nũc o liceat crudelẽ abrũpere uitã. & me me adsum qui feci. ut sit tũc tũc. tunc inquã scribim9. g Ignoscite. illud spectat. sed fas. i. si uos fortasse offendero dũ dico qd̃ sentio ignoscite. hoc uerbũ ignoscite callide ostẽdit rem turpẽ esse de qua dicturus sit & risu satyrico oia pferenda & uenusta capitis agitatiõe pnũcianda. h Nolo. subaudi dicere uel ridere. dubitat an dicat. Ad illd̃ refert. At si fas dicere. i Quid fa. Dubitatio est ambigit. n. utrũ de duob9 poti9 eligat an scribat satyrã. ut sibi naturale est. an omittat. quasi dicat. quid pderit dixisse cũ iam oẽs p dita laborẽt ambitione. k Sed sum. Sed pticula est aduersatiua. quæ ita supioribus aduersat ut quãuis satius esset tacere cũ nihil loquẽdo pficiat tamẽ ostẽdit se tacere nõ posse cũ a natura pfusus sit in risũ. statuit ergo tandẽ satyrã scribere cum nõ possit uanitates & ineptias hominũ nõ ridere. Est aũt hoc gestu quodã liberali cũ iactatione utriusq; manus & cũ decora capitis agitatiõe pnunciandũ quo melius deliberantis affectio exprimat. l Petulanti. procaci a petẽdo unde dicim9 hoiem pe

Patru9.

Sed.

Petulãs

Splen. tulantē qui hunc & illū absq; pudore petit. m Splene. splen græ. lati
Lien. ne lien lienis dicit.(Et ut cornelius celsus uolumine. 4. refert sinistra in parte locatus est intestino innexus natura mollis & rarus longitudinis crassitudinisq; modice.(a quo splenetici & lienosi dicunt) nec hii iperiti audiēdi sunt qui lienē intestinū exponūt quo egerunt sordes alui. Scribit Pli. li. 11. ca. 37. Post mediū uersus fi. In splene peculiare cursus ipedimentū esse. & idcirco per uulnus etiā exēpto uiuere animalia. Opinionem etiā esse adimi risum simul homini. intēperantiāq; ioci constare
cachin⁹ lienis magnitudine. n Cachino. cachinus enim effusior risus est imo deratusq; cū uoce lasciua ac rephensioni admixtus. Iure igit satyrā descri pturus se esse dicit splene petulāti cachino. i. splene qui risu luxuriet & habundet. nam splenetici uehemētius ridere cōsueuerūt. dicit aūt hic cachino nonis. ut leno lenonis. palpo palponis. dicitur etiā cachino nas. & cachinor naris idest rideo. ut dixi in amphitr. Plauti.

a Scribim⁹. hactenus tan q̄ operis pro positio & de scribēde satyre

Scribimus[a] iclusi[b] nūeros[c] ille hic pede[d] liber
Grādē[e] aliq̄d qd̄ pulmo[f] aīæ[g] plargus āhelet[h]

